Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0002-5

G-14 num. 176
1665,14
P. 34

Q. D. B. V.

# DISPUTATIO JURIDICA POSTERIOR.

De

# CONDITIONIBUS

*Quam*

Indultu Ampliſſimi JCtorum ordinis

*PRÆSIDE*

VIRO

*Nobiliſſimo, Conſultiſſimo atq; Excellentiſſimo,*

DNO. BARTHOLOMÆO LEONHARDO SCHWENDENDÖRFERO,

J. U. D. & Inſt. Prof. Publ. celeberrimo Patrono ac Præceptore ſuo inprimis Venerando,

*Publicæ cenſuræ exponit*

M. GOTTFREDUS GUILIELMUS LEIBNUZIUS, Lipſienſis,

AUTOR.

*D. XVII. Auguſti Anno M. DC. LXV.*

KÖN. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

LIPSIÆ,
Typis JOHANNIS WITTIGAU.

VIRIS

*Magnifico, Nobiliſſimis, Conſultiſſimis, Ampliſſimis, Excellentiſſimis,*

# DN. QUIRINO SCHACHERO,

Academiæ Lipſienſis Profeſſori Publico, Sereniſſimi Electoris Saxoniæ ſupremi Appellationum Judicii Conſiliario, Facultatis Juridicæ ibidem Seniori, Conſiſtorii Electoralis ac Ducalis Directori maximè Reverendo, Academiæ Decemviro, JCto famigeratiſſimo:

&

# DN. JOHANNI BURSIO,

J.U.D. celeberrimo, Supremæ Curiæ Provincialis Electoralis ac Ducalis quæ Lipſiæ eſt, Advocato Ordinario Graviſſimo,

*Præceptori, Patronis ac Fautoribus ſuis maximis maximèq; colendis.*

*Dat, Dicit, Addicit.*

AUTOR.

# Q. D. B. V.

# PARS ALTERA
## QVA
## IPSA DISPOSITIO, QVANDO NULLA CLIS, PURA SIT, EXPLICATUR.

1. (143.)

SI *Ctum non eſt Morale* a *Diſpoſitio invalida eſt.* quia diſpoſitio eſt Moralis propoſitio d. 66.

2. (144.) *Si Co eſt impoſſibilis*, b *mero jure.* quia ſic etiam Ctum eſt impoſſibile, th. 9. ac ſic morale non eſt per th. 7. E. nulla Diſpoſitio eſt per th. 143.

3. (145.) c *Si ipſa diſpoſitio in ſe moralis non eſt, etſi termini ſint morales.* Nam ſi moralis non eſt moraliter effectu caret, E. per d. 84.

4. (146.) d *Perplexa diſpoſitio non eſt moralis*, nam eſt impoſſibilis th. 55. Impoſſibile autem morale non eſt. Fictio enim ad impoſſibile non extenditur.

5. (147.) *Etiam Lege perplexa*, nam quod lege impoſſibile eſt in moralibus natura impoſſibili æquiparatur, d. 111.

A  148. Si

a ſi neceſſarium in ſe, ut ſi alicui rem ſuam lego *l. 29. L. 1.* Cni v. *d. 53. not.* v. *th. 6. 7. 8.* b Impoſſ. eſt falſa *d. 31. not.* cujus tempus præterlapſum eſt *l. 41. §. 12. fid. lib. l. 11. §. 1. L. 2.* niſi juſtâ ignorantiâ Crii *l. 3. §. 31. Sct. Silan.* Quæ defecit ante Teſtamentum *l. 6. §. 1. C. D. l. 104. §. 1. L. 1.* cujus aliqua circumſtantia eſt impoſſ. *l. 6. C. J.* obſt. quod utile inutili non vitiatur. *l. 34. H. J. l. 17. pact. dotal. th. 329. l. 8. §. 4. C. J.* R. plura quæ conjunguntur, vel ponuntur ſeorſim, ut: *Titius & Cajus*; vel ut ſe afficientia *Titius obligatus eſt Cajo*, illo caſu dividua ſunt, ita Cnis dividuæ pars impoſſibilis reliquum non vitiat *l. 12. dot. præleg. l. 6. §. 1. C. D. l. 8. §. 4. C. J.* hoc individua, c uti: ſi voluero dabo, v. *d. 117.* ſi per ſe neceſſaria v. d. 53. not. Si in ſe impoſſibilis ſeu perplexa. d ubi Co & Ctum ſibi obſtant *l. 43. H. J.* nec patet quod à quo perimatur *l. 5. fidei.* v. *d. 53. 54. th. 13.* Si inconditionabili adjicitur. *l. 77. R. J.* Si contra ſubſtantiam actus ut matrimonii *c. ult. extr. de C. A.* Si in tempus confertur quo diſpoſitio nulla eſt *l. 97. §. 2. V. O.* *Ducam de ſi cognovero*, quid juris? Copula ſecuta alii putant pura quidem eſſe ſponſalia, ſed in *ſecundo coitu* matrimonium. Innoc. in c. per ſuas. C. A. at Brunellus de ſponſ. cond. 30. ſtatim *primo. arg. c. 30. extr. de ſponſ.* *Si meliorem non invenero*, Valida eſt ſi certum tempus adjiciatur *Barth. Brixienſ. qu. vener. 38.* *Si pulchriorem non invenero* eſt contra ſubſt. matrim. *Damaſ. de Brocard. Memb. 3. n. 10.* *Si liber eris hæres eſto* (de ſervo proprio) perplexa eſt *l. 21. 22. C. J.* nam primum hæres eſſe debet, deinde à ſeipſo accipit libertatem *l. 6. §. 4. H. J. add. l. 9. §. 14. l. 51. pr. H. J.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0005-2

6.(148.) *Si Co eſt odioſa.* e ***Diſpoſitio eſt Lege perplexa.*** Nam omina veteres captabant.

7.(149.) *Si captatoria*, f ne ultima voluntas ullâ ratione conſtringatur.

8.(150.) *Si difficillima.* g Præſumitur enim animus dandi non eſſe.

9.(151.) h *Pœnæ cauſa relictum nullum eſt, ſeu Conditio Legati in poteſtatem hæredis conferri non poteſt*, jure veteri.

10.(152.) i *Si Titius voluerit Inſtitutio; invalida eſt*, ſeu Inſtitutio in voluntatem Tertii conferri non poteſt. Hæreditas enim totam ſubſtantiam defuncti continet, quam ab alieno arbitrio pendere abſurdum eſt.

11.(153.) k *Si Diſpoſitio demta Conditione invalida eſt.* Nam demta Cne pura eſſe debet per th. 330.

12.(154.) *Si à Teſtatore ademta eſt.* Sic enim prior ultima non eſt.

13(155.) l *Sic Cr. em deſtinavit addere Ctor, nec fecit*, quia neque ſcripſit quod voluit, neque voluit quod ſcripſit. Quare neque quod ſcripſit valet, neque quod voluit. m

14.(156.) n *Si Crius nolit habere quod ſibi ultimâ Voluntate relictum.* Indignus enim beneficio eſt, quod ſprevit. Et Teſtator iis qui aliquid ex ejus teſtamento capere volunt obſervandus eſt ad inſtar ſuperioris, per th 34. & 62. v. l.9 §.6. H. J.

15.(157.) o *Invalida eſt Pœnæ ſtipulatio ſi, quod prohibitum eſt, impoſſibile eſt*, v. g. ſi cœlum digito attigeris, 10. dare ſpondes. per th. 144.

16.(158.) p *Fidejuſſio debiti nullius nulla eſt*, quia nullum eſt Ctum. v. g. ſi Sempronius non ſolvet qnod tibi debet, ego ſolvam; nam ſi nihil debet nihil ſolvam.

17.(159.)

e Mortis *l.19 l.30. C. de pact.* Eam tamen hodiè continet *confraternitas*, ſeu pactum ſucceſſorium v. *Goth. d. l. 19.* & conceſſio feudi viventis ſeu *gratia expectativa.* Diſtinguit *Gerbard c.1. § ſi quis. de feud* ſi fiat ejꝰ conſenſu, (ſed contra *l.19.*) *Bal. in d. c. 1. & H. Piſto. 2. q. 25.* ſi aliter quàm ſucceſſione res fieri poſſit Crii, ſed contra v. *Vult. 1. feud. 7. n. 48.* Si *Titius erit ſervus l. 34. §. 2. contr. Emt. l. 83. §. 5. V. O.* id enim nefas expectare. f *l. 61. V. O. l. 34. C. de tranſact l. 4. C. de inut. ſtip. l. 11. C. de Pact. l. 17. 29. 70. H. J. l. 9. l. 14. l. 20. §. 2. C. J. l. 2. §. 2. V. P. S. l. 46. L. 1. l. 1. de his quæ pro non ſcript. l. 83. §. 5. V. O. l. nu. C. de his quæ pœn.* In præteritum collata captatoria non eſt *l. 71. l. 81. §. 1. l. 29. H. J. l. 20. §. 2. C. J.* g *l. 4. §. 1. St. L.* h *tot. tit. D. & C. de his quæ pœn. l. 43. §. 2. L. 1.* Obſt. *l. 6. l. 27. C. D.* ubi hæres mulctatur, *l. 3. de L. 3.* hodie valet *§. 1. J. de Leg. 1. l. un. C. d. t.* i *§. d. 117.* k Cliter tamen (non purè) poteſt res mea mihi acquiri *l. 61. contr. Emt. l. 31. 98. V. O.* aliena à me promitti. *l. 7. §. 1. qui pot. in pign.* add. *l. 57. §. de j. dot.* Et alios caſus *l 88. l. 59. §. 4. l. 89. H. J. l. 4. Reg. Caton. l. 104. C. D. l. 10. §. 4. de Teſt. tut. l. 29. L. 1.* l *l. 9. §. 4. H. J.* m *l. 3. de reb. d.* n L. J. v. tamen *l. 45. §. 1. L. 2.* o *l. 69.* (obſt. *l. 8.*) *l. 19. V. O.* p *l. 16. l. 29. fidei.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0006-8

17. (159.) q *Diſpoſitio inutilis invalida intelligitur.* Eundem enim effectum habet d. 85. E. d. 81.

18. (160.) r *Diſpoſitio infirmata ab initio nulla intelligitur.* nam nihil efficit antequam purificetur th. 9. multo minus cum ſit nulla, patet igitur ex poſt facto effectum ejus prorſus nullum eſſe ab initio.

19. (161.) s *Si Co defecit Diſpoſitio infirmatur.* Nam ſi illa eſt impoſſibilis hæc invalida eſt, E. ſi illa ſit impoſſibilis hæc invalida ſit, E. d. 90.

20. (162.) *Etiamſi vivo Teſtatore.* per demonſtrationem th. 85.

21. (63.) *Cum Co ſit impoſſibilis deficit.* Nam in momento ultimo poſſibilitatis ſolo adhuc præſens eſſe poteſt, d. 36. poſtea deficit, poſtea autem eſt impoſſibilis.

22 (164.) *Co Continua uno actu contrario.* Ita enim interrumpitur.

23. (165.) *Si pars Cnis quæ non relevat, & repeti non poteſt, extitit.* Quia repetenda eſt d. 127. v. th. 88.

24. (166.) *Cum Co indiviſibilis in utrumq; Crium collata eſt, alterius diſpoſitio nulla eſt.* Nam diverſa alterius diſpoſitio eſt th. 108. & alterutri tantùm poſſibilis eſt Co, (plures enim ad Conditionem indiviſibilem concurrere non poſſunt, quia nec unus diviſim poteſt d. 118) Alteri igitur eſt impoſſibilis. E. per d. 163 † 161 alteri diſpoſitio infirmatur.

25. (167.) t *Infirmatâ Diſpoſitione Crium venit ad Subſtitutum.* d. 96.

26. (168.) u *Re Conjuncti habent ſolidum.* th. 100. † th. 106.

27. (169.) *Connexi nihil.* d. 6.

28. (170.) x *Et quod implendæ Cnis cauſa datum eſt, condici poteſt.* Cauſa enim dati ſecuta non eſt.

29. (171.) *Jus Conditionabile eſt omne quod Conventione conſtitui poteſt.* Hoc inductione manifeſtum erit.

30. (172.) *Quod ipſo jure transferri poteſt.* Id enim in ſe nihil continet facti, E. per th. 178.

31. (173.) y *Quod diem recipit.* Nam quod diem certum recipit, quidni incertum? incertus autem eſt Co th. 192.

32. (174.) *Quod Modum recipit*, per th. 42. † 305.





q ut: momento valitura *l. 79. §. 3. C. D. l. ult. C. de bon. quæ lib.* non obſt. *l. 127. R. J.* Deriſoria *l. 65. ad L. Falc. l. 122. §. 2. L. 1.* r *l. 2. pr. peric. & c. r. v.* s *§. 2. J. quib. m. teſt. inf. l. 2. pr. l ult. C. J. l. un. §. 2. 7. Cad. toll. l. 8. V. P. S. l. 1. 2. C. inſt. & ſubſt. l. 33. §. 3 C. D. l. 87. H. J. l. 3. C. cond. inſ.* t *l. 26. §. 1. l. 30. l. 54. §. 1. C. D. l. 27. 33. H. J. l. 2. C. de inſt. & ſubſt.* u *l. 59. §. 6. H. J.* x *l. 67. Cond. ind. t. t. Cond. cauſ. dat.* y unde ſæpè conjunguntur dies & Co, ut *l. 4. de ſerv. l. 1. §. 3. mand. l. 20. Loc. Cond. l. 3. de procur. l. 1. pr. C. D. l. 77. R. J.*

33. (175.) z *Jus ad rem eſt Conditionabile.* Id enim conventione conſtitui poteſt, E. per th. 171. & ipſo jure transferri ſine traditione & actu corporali, E. per th. 172.

34. (176.) *Jus quod non poteſt eſſe Ctum Morale,* eſt inconditionabile. per d. 66.

35. (177.) *Quicquid non eſt futurum.* th. 7. Id enim non eſt in poteſtate.

36. (178.) *Quod eſt facti.* a per d. 63.

37. (179.) *Poſſeſsio.* Nam eſt facti, b E. per th. 178.

38. (180.) c *Dominium.* Quia tum acquiſitio ejus eſt facti; tum ipſum aliquid facti admixtum habet. Jus enim, ad quod habendum jus aliud datur, meri juris non eſt. Daretur enim proceſſus in infinitum.

39. (181.) *Nemo ſub Cne ſervus eſſe poteſt.* Erit enim ad conditionem liber per th. 305. id verò eſſe non poteſt. th 296.

40. (182.) d *Servitus ſub Cne & ad Conem conſtitui non poteſt.* Servitus enim conſiſtit in perpetuata e conſtitutione quæ eſt facti. th. 178.

41. (183.) *Majeſtas.* per th. 180. Eſt enim dominium in ſubditorum membra & actus, (privatus enim membrorum ſuorum Dominus non eſt) quod *Imperium*; & per conſequens bona, quod *Dominium eminens* dicitur.

42. (184.)

z Mort. c.' don. *l. 10. ib.* Fidejuſſio *l. 6. §. 1. ib.* ſponſalia *t. t. extr. de Cond.* App. Emtio *§. 4. J. de Emt. & l. 7. contr. Emt.* Locatio *l. 20. §. 1. Locati.* Mandatum *l. 3 ib.* Societas *l. 1. 70. 75. Pro Soc. l. pen. C. eod. add. l. 14. C. J.* Actio *l. 5. C. qu. d. l. c.* Inveſtitura abuſiva Feudi *Roſenth c. 6. cond. 23.* a v. g. *jura ſanguinis Magn. Dn. Carpz. Reſp. VI, 8, 77, 12.* b v. *Papponii. diſſ. utrum. poſſeſſio juris an facti Venet. ed. anno* 1600. E. nec actus poſſeſſorii, traditio, inveſtitura propria feudi, aditio hæreditatis *l. 5. 1. §. 1. acq. h. l. 77. R. J.* contractus realis, pignus non obſt. *l. 11. §. 2. pign. act.* nam ſub Cne contrahi poteſt, etſi non conſtitui, depoſitio & oblatio *Neguſant Pign V, 3, 2, 10.* c non obſt. *l. 8. R. C. l. 3. §. 7. St. L. l. 29. M. C. don. l. 1. C. de pact. inter Emt. & V. l. 12. de uſufr. l. ult. 18. com. præd. l. 70. §. 1. uſufr.* (Nam interdum utilis ſolum competit vindicatio *l. 1. C. de don. quæ ſub mod.* aut fingitur vel tum demum tradita res, cum extitit Co, vel tum ſtatim cum tradita eſt, extitiſſe Co.) Interdum quia exceptio obſtat vindicanti, alteri adjicitur Dominium. E. & ſolutio, (non obſt. *l. 16. ſol. & Lib.*) Acceptilatio *l. 4. 5. Acceptil l. 77. R. J.* obſt. *l. 43. ſ. dot.* Donatio perfecta *&. tit. C de don. quæ ſub mod.* d *l. 4. de ſerv.* aliud enim eſt ſervire, aliud ad ſerviendum eſſe obligatum *arg. l. 6. §. f. Com. præd.* non obſt. *l. 15. 16. 17. quem uſusfr. an.* ubi videtur ipſo jure amitti, nam ſimul amittitur etiam poſſeſſio, ſeu exercitium. e *l. 1. §. 3. &. quotidie. de uſufr. accr.*

42. (184.) f *Actus Legitimi non recipiunt Conditionem.* Actus enim Legitimi fiunt ſemel. Actus autem Cles quaſi bis fiunt, tum cum conſtituuntur, & conſummantur.

43. (185.) g *Aſſertio non recipit* Cnem. eſt enim de præterito, th. 177.

44. (186.) *Res Spiritualis.* Ad inſtar juris publici.

45. (187.) * *Jus publicum.* Neque enim reipublicæ adminiſtratio in caſum aut privatorum voluntatem conferenda eſt.

46. (188.) h *Legitima.* Nam deficiente Cne auferetur, quod eſt abſurdum.

47. (189.) i *Servus neceſſarius hæres.* Nam eum hæredem eſſe, defuncti intereſt.

48. (190.) k *Qui præteriri non poteſt non poteſt vel inſtitui tantùm vel exhæredari ſub Cne, niſi poteſtativâ.* Nam qui ſub Cne nominat, & ſub contraria non nominat, ſub contraria præterire intelligitur. Nam præterire eſt in diſponendo non nominare. Si quis tamen ſub poteſtativa inſtitutus vel exhæredatus eſt, incerta Co non fit, neque contraria exiſtit niſi per ipſum; ſemet igitur exhæredat.

49. (191.) l *Si Teſtamento purè inſtitutus eſt hæres, vel ſub Cne, Codicillus aliquam vel aliam non recipit.* Codicillis enim hæreditas nec dari nec adimi poteſt. Sed id poteſt contingere addita vel mutata Cne.

50. (192.) m *Si Circumſtantia aliqua incertum eſt an ſit, Diſpoſitio eſt Clis.* Id enim tacitè continet: ſi illa circumſtantia ſit.

 51. (193.)

f *l. 77. R. J.* de qua breviter: Actus legitimi h. l. vel ſunt in genere jure validi, legendum: *qui recipiunt*. Cujac. 15 obſ. 16. vel in ſpecie ii qui transferunt jus Quiritium, ſeu Mancipium & fiebant per imaginariam emtionem, v. *Ant. Hottoman. de rit. nupt. c.* 21. i e. legis actiones. Ea non poterant fieri per procuratorem, fiebant ſemel, certis verbis, purè, v. Fr. Hottom. 32. illuſtr. q. fol. 210. ſeqq. 15. legit: *qui non recipiunt.* Utraque ſententia poteſt utraque lectione defendi. *g* ita juramentum, confesſio; autoritas Tutoris l. 8. de aut. & conſ. tut. Tutor non poteſt dari à Magiſtratu ſub Cne *l. 77. R. J.* §. 1. *Inſt. Atil. Tut.* tamen ad Cnem *l. 11. de Tut. l. 3. §. 7. de ſuſpect.* * *Res ſpiritualis* eſt inconditionabilis C. *un. f. extr. ut Eccl. benef. ſine di.* confer Obſt. c. *ſignificatum extr. de præbend. c. ſignificaſti extr. de Elect.* C. *relatum Extr. de Cler. non. reſ. in Eccleſ. vel præb.* R. Sunt Cnes extrinſecæ. *Jus publicum*, item, uti jurisdictio tutelæ datio. *Sententia l. 1. §. 5. quand. appell. ſit.* ita Excommunicatio C. *ad hac. de appell. c. 2.* §. *& hac eadem. de ſent. excom.* *h* ne quidem poteſtativam. v. *l. 32. l. 50. de inoff. teſt. l. 15. l. 30. l. 36. eod. l. 28. L. 1.* Diſſ. *Cujac.* Putant Dd. jure novo ei qui præteriri non poteſt in id quod eſt ultra legitimam poſſe adſcribi Cnem. *Gothofr. ad l. 4. C. de inſt. & ſubſt.* i *l. 6. C. de neceſſ. ſerv.* k *vol. 4. 42. 86. H. J. l. 15. l. 28. l. 12. l. 28. C. J. l. 83. C. D. l. 1. de inj. teſt. l. 4. C. de inſt. & ſubſt. l. 16. l. 29. lib. & poſth.* l *l. 27. §. 1. C. J. §. 2. J. de Codicill. l. 6. D. eod.* m uti Demonſtratio *l. 6. l. 17. §. 1. L. 1. l. 85. L. 3. l. 2. pr. l. 9. §. 11. H. J. l. 10. pr. C. J. l. 34. §. 1. 2. de aur. & arg. leg. l. 80.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0009-8

51. (193.) Talis Diſpoſitionis Co eſt communicata, v. g. cum Titius Conſul erit, eo die 10. dare ſpondes? Nam circumſtantia & in Cto poſita eſt, eſt enim initio circumſtantia diſpoſiti, & poſteà tranſit in Cnem. E. communicata eſt, d. 49.

52. (194.) n *Canſa impulſiva habet vim Cnis de Præterito* d. 157. † *ratione th.9.*

53. (195.) *Qui accipit ſub modo, ſub Cne contraria reſtitutionem promittere intelligitur.* Demonſtr. th. 42.

54. (196.) *Si cui ſervus datus eſt ad Cnem, ſervus ſub Cne liber eſt* per th. 195. † th. 43.

55. (197.) *o* Dies incertus quando in U. V. facit Cnem.

56. (198.) *Co requiſiti eſt Co requirentis.* Nam eſto A, & A eſſe non poſſit niſi ſit B, & B autem Co ſit C. cum antequam C ſit B eſſe non poſſit, th. 9. neque antequam ſit B poſſit eſſe A. A non poterit eſſe antequam ſit C. Ergo C. ſuſpendit A. d. 8. Sed cum ſupponatur A initio purè diſpoſitum exiſtente C exiſtet B per th. 1. Et exiſtente B remoto impedimento, purè exiſtet A. Exiſtente igitur C exiſtet A. ſeu C. etiam inferet d. 7.

57. (199.) Puro eidem additum idem Cle facit Cle. Nam purum eſt ut integrum Cle ut fractio, per th. 256. Fractio autem addita integro, facit fractionem. Nam duæ tertiæ additæ ad integrum, id eſt tres tertias, faciunt 5. tertias.

58. (200.) *Item p ſubtractum.* Nam 1. minus duabus tertiis eſt una tertia.

59. (201.) *Si Diſpoſitionis disjunctivæ unum disjunctum eſt Cle, tota eſt Clis,* puta: (Stichum) A aut gemmam B. habeto, & gemmam B. ſi navis ex Aſia venerit, C. Una enim incerta diſpoſitio eſt, th. 95. & alter antequam exiſtat C neutrum petere poteſt, quia utrumque petere debet th. 36. † 35. Alterum autem petere non poteſt validè ante exiſtentem Cnem th. 249.

60. (202.)

*pr. l. 11. reb. d.* (opponitur tamen Cni *l. 19.* § 1. *l. 34.* §. *1. 2. C. D.*) Dies *l 36. l. 30.* §. *4. l. 46. ad Treb. l. 75. l. 1.* §. *1. C. D. l. 1.* §. *ult. leg. nom l. 21. pr. l. 8. C. Teſt. man. l. 16. l. 56. Cond. ind. l. 38.* §. *16. V. O.* *n* Cliter concepta *l. 17.* §. *3. l. 12. C. D. l. 31. J. de Leg. fid.* & *l. 30.* §. *ult. adju. leg. l. 62.* §. *6. l. 12. C. D. l. 36. R. C. l. 7. l. 14. l. 10. adim. leg. l. 13.* §. *ult. St. L. l. 6. qu. d. l. c. l. 106. 107. C. D. l. 43.* §. *1. fid lib.* o *l. 1.* §. *2. l. 75. C. D. l. 30.* §. *4. L. 1. l. 4. qu. d. lib.* (non in contract. *l. 45.* §. *3. V. O. l. 48. Cond. ind.* Opponuntur dies incertus & Co *l un.* §. *7. Cad. toll. l. 1. pr. C. D. l. 16.* §. *1. cond. ind.*) v. tamen *l. 5. C. qu. d. l. c. l. 16. man. teſt. l. 18.* § *2. l. 23.* §. *3. fideic. lib. l. 19.* §. *3. St. L.* adde: cum morieris, cum volueris. Dies certus *an* (*l. 46. V. O. l. 70. ſolut.* in contract. non eſt Co) & *quando* non eſt Co *l. 1.* §. *1. C. D. l. 21. qu. d. l. c.* v. tamen *l. 40.* §. *2. C. D.* p. *l. 36. R. C. l. 7. 10. 14. adim. leg. l. 13.* §. *f. St. L. l. 6. qu. d. l. c. l. 106. 107. C. D. l. 43.* §. *1. fid. lib.*

60. (202.) q *Si jus natura tranſmiſſibile, non transmittitur; Diſpoſitio eſt Clis.* Nam cum in transmiſſibili non ſolùm expreſſus ſed & ejus ſucceſſores Crii ſint th 40. datum iis intelligitur ſub Cne: ſi illo vivo fiet transmiſſibile.

61. (203.) r *Ctum transfertur cum Cne.* Nam ſi purè transfertur, alteri prorſus aliud datum videtur v. th. 256.

62. (204.) s *Si cui purè datur ſub Cne alteri datum, & eſt irrevocabile, ſub contraria Cne illi datum intelligitur,* quia ad contrariam Cnem usque interim habere non poteſt, per th. 296. † 309.

63. (205.) t *Si mihi aut alteri ſum ſtipulatus, Co mihi adjecta alteri intelligitur,* Ita enim ſtipulari videor: Mihi dare ſpondes; Aut ſi non mihi, illi dare ſpondes? ſolùm mihi poſſum petere, illi tantùm ſolvi poteſt conf. ration. th. 337. pendente autem Cne ſub qua mihi ſtipulatus ſum ne mihi quidem petere poſſum th. 249. Stipulatio igitur mihi facta eſt requiſitum, illi requirens. Et Co requiſiti eſt Co requirentis. th. 198.

64. (206.) u *Si in eodem teſtamento primò purè deinde ſub Cne Legatum eſt, Cle eſt Legatum.* Quia quaſi duæ adjectæ ſunt Cnes una nulla, altera aliqua, & poſterior valet th. 119.

65. (207.) *Actus Eventualis Effectus eſt Ctus* d. 144.

66. (208.) *Actus cum eſt neceſſarius poteſt fieri eventualis.* Puta: litis conteſtationem libenter differrem, quia autem injuncta eſt, conteſtor quidem ſed eventualiter.

67. (209.) *Actus inconditionabilis Eventualis eſſe non poteſt.* Ineffectus enim perinde eſſet ac ſi eſſet Clis.

68. (210.) x *Si quis inſtitutus eſt, ſi aliquid faciat; quod antequam eſt hæres, faciat inutiliter;* puta ſervum hæreditarium manu mittat, *actus implendus eſt ſed eventu valebit.* puta exerceat actus ſolennes manumiſſionis. Servus autem erit liber, cum ille hæres. th. 208.

69. (211.) y *Actus circa aliquid quod in pendenti eſt ſunt eventuales.* Nam actus purè celebratus eſt, quia jus celebrandi in incerto eſt, tamdiu erit eventualis ejus effectus.

70. (212.) z *Si de dominio controvertitur jus eſt in pendenti.* Neque enim alter ad conditionem alter ſub Cne habet, ſed ſententiâ declarabitur quis initio habuerit, d. 143.

71. (213.)

q *arg. l. 4. l. 5. ann. leg.* r *l. 19. 24. adim. leg. l. 94. 95. C. D.* s *l. 47. §. 3 fid. lib.* t *l. 141. §. 7. 8. V. O.* u *l. 87. 89. C. D. l. 52. 81. §. 7. L. 2.* x *l. 20. § 1. H. J. l. 24. l. 35. C. D.* non obſt. *l. 10. C. D.* y ut circa rem litigioſam lite pendente. *Nobiliſſ. Dn. Thom. tr. de conceſſ. litigios. alienat. ita* alienatio rei legatæ pendente Cne v. inf. z add. *N. obſt. th. 180.*

71. (213.) a *Clauſula Codicillari Teſtamentum fit Codicillus eventualis* d. 144.

72. (214.) b *Subſtitutio eſt* Natura Clis d 96. † d. 94.

73. (215.). c *Fidejuſſio jure novo.* Nam id continet ſi alter non ſolvet ego ſolvam.

74. (216.) d *Stipulatio Poenalis.* Puta: Si hoc facies (vel non facies) dare ſpondes?

75. (217.) e *In diem addictio imperfecta.* Si ſtatuta die pretium ſolves ea res tibi emta eſto.

76. (218.) f *Factum ſucceſſorium*, puta: ſi alter morietur.

77. (219.) g *Pactum certatorium* eine Wette. Si illud verum vel falſum eſt tantùm dare ſpondes?

78. (220.) *Si Actus celebrantibus utilis nunc non ſubſiſtit, impoſterum verò exiſtere ſperatur, Eventualis eſſe præſumitur.* Nam malle videntur celebrantes eventualem quàm nullum eſſe.

79. (221.) h *Si Co omnibus in genere adſcripta eſt, nulli magis in ſpecie quàm alteri, in omnibus ſubintelligitur.* Nam cum nulli in ſpecie aſſignata ſit in omnes ducitur, per th. 103. & 105.

80. (222.) *Si quid modo purè modo Cliter ſcribitur ſine intervallo, Cle eſſe intelligitur.* Nam quaſi duæ Cnes ſunt una aliqua altera nulla per rationem th. 206. At cum duæ Cnes ſine intervallo ſcribuntur conjunguntur th. 121. Si conjunguntur nulla & aliqua Co, ſeu purum & Cle, faciunt Cle. th. 199. v. l. 89. C. D.

81 (223.) i *Si quædam ſcriptura conjunguntur, & ſpecialis cauſa ſub eſt; propter conjunctionem conditio ex uno in aliud non repetitur.* Neque enim conditionis communicandæ cauſa ſimul ſcripta ſunt.

82. (224.) *Poſita in Principali Co, ſubintelligitur in acceſſorio* th. 198. † ratione th. 16.

83. (225) k *Co adjecta libertati intelligitur in legato & inſtitutione*

erga

a *Dn. Thabor diſſ. de Clauſ. Codic.* b *arg. l. 23. V. P. S.* (non obſt. *l. 8. pr. eod.*) *Criſpin. ad pr. n. 6. J. de V. P. S. Alciat. V. S. l. 3. n. 19. Diſſ. Duaren. de C. J. c. 1.* c *auth. præſ. C. de fidej. Nov. 4.* d *Jul. Beym. tr. de pœnal. ſtipul.* e *l 2. pr. l. 4. pr. de in d. add.* f *v. th. 148.* g *Sponſio* v. g. ſi Eboracenſis Dux periit (vel non) dare ſpondes? Spondeo. Et ita mutuo alter alteri. v. *Paris à Puteo tr. de Ludis n. 36.* (qui valere ait) & *Carmen Opitii*, der Poetiſchen Wälder *lib. 1. p. m.* 46. h *l. 39. C. D.* Re & verbis autem conjuncti non ſtatim conjuncti ſunt Cne *l. 89. §. 2. L. 2. l. 81. C. D. l. un. §. 11. Cad. toll.* i *l. 81. pr. ſ. C. D.* k *l. 82. C. D.* quamdiu eſt ſervus teſtatoris *l. 3. §. 1. l. 38. §. 2. 3. 4. H. J. l. 47. C. D.* (ſervus communis autem ſimul extraneus eſt, v. *l. 7. H. J.*) Obſt. *l 86. C. D.* contra: Co hæreditatis non intelligitur in libertate *quamdiu eſt hæres ſuus l. 9. §. 17. 18. H. J. l. 22. H. J. l. 14. man. teſt.*

*erga eundem facta*. Neque enim intelligitur velle ut in aliam perſonam nempe Dominum ſervi perveniat.

84. (226.) l *Co adjecta inſtitutioni in legato eidem facto ſubintelligitur.* Nam ut hæredi prælegatum intelligitur.

85. (227.) m *Ex actu nullo nil repetitur.* Nam cum omnibus ſuis annexis, atque ita etiam Cne nullus eſt.

86. (228.) n *Ex actu prorſus diverſo in diverſum non præſumitur ſubintellectio.*

87. (229.) *Si ſubintellecta vitiaret.*

88. (230.) o *Si ineptè ſubintelligeretur.*

89. (231.) *Si cauſa ceſſat hîc ob quam poſita eſt* illic.

90. (232.) *Co facilius repetitur quàm retrahitur.* Co enim ordinariè præponitur Cto & vim ſuam in ſequentia exerit.

91. (233.) p *ex præfatione repetitur in tractatum.* Idem enim actus eſt.

92. (234.) q *Ex re diverſa ad diverſam in eadem oratione poſitam, ſi intercedit particula connexiva*, v. g. hoc amplius. Alioqui connexivæ vis nulla eſſet, nihil autem fruſtra poſitum præſumitur.

93. (235.) r *Si Co inter duas diſpoſitiones ponitur & pertinet ad priorem in poſteriore non repetitur.* Nam in illud latus ordinariè vim ſuam exerit, in quo ponitur Ctum.

94. (236.) s *Ex inſtitutione in ſubſtitutionem non eſt repetitio.*

95. (237.) *Sub tacita Cne: ſi pretium ſolves, in contractibus nominatis commutatoriis ſeu quibus res datur pro pretio, res promiſſa intelligitur.*

96. (238.) t *Sub tacitâ Cne: ſi nuptiæ ſequentur dos conſtituitur.*

97. (239.) u *Si hæres erit à quo relictum eſt, legatum relinquitur.*

98. (240.) *Si filius intra pubertatem deceſſerit, conſtituuntur omnia vi tabulis pupillaribus.*

99. (241.) *Jus Cle à parte rei initio ſtatim aut nullum, aut purum eſt.* x Nam etſi futura ſit Co, etiam futurorum certa eſt veritas aut falſitas.

100. (242.) *Jus Cle ex Contractu initio ſtatim eſt quæſitum.* Nam inter contrahentes ipſos actum eſt.



*l.2. l.26. man. teſt. l.42. fid. lib. l.2. §. per St. L. l.4. de reb. aut. jud.* non obſt. *l.21. §.1.* *H. J. R.* utrum que ex Cne pendet, id eſt in eam dilatum eſt, quia antequam exiſtat Co certum non eſt, utrum *ſuus libertus* an orcinus ſit futurus. l *l.70.77. C.D. l.18. C.J.* *l.26. man. teſt.* m ut ex teſtamento priore in poſterius *Galganet. p. 2. c. 1. q 14.* n tamen ſi quis omiſſa cauſa teſt. adire velit, nihilominus poteſtativas implere debet, *l. 1. §. 8. ſi quis om. c.* o *l. un. § 9. cad. toll.* p *l.134. §.1. V.O. l.4. § f. de Pact. l 6. Locat.* q *l.63. l 54. L.3. l.104. §. pen. L.1. l.82. 108. 77. C.D. l.18. C. J.* vid. tamen *l.47. C. D.* r *l.89. §.2. L.2.* s *l.29. 73. H. J l.56 fid lib.* t *l.21. 41. j. dot.* niſi *l.32. C. in off. teſt.* u *l.126. §.1. L.1.* Eſt tamen potius Co extrinſeca *l.3. L.1. l.19. §.1. C.D. l.21. §.1.2. l.22. qu. d. l. c.* x *arg. l.28. de judic.*

101. (243.) *ex U. V. revocabil.* Neque enim ab altero acceptatum eſt; ſi revocari non poſſet, non eſſet voluntas ultima.

102. (244.) *Morte Teſtatoris inſtitutus habet jus quæſitum* poſtea enim alterius facto auferri non poteſt. d. 150.

103. (245.) y *Legatarius aditâ hæreditate ab eo, à quo relictum eſt.* Nam ſi non adeat Legatum infirmatur. th. 239.

104. (246) *Jus quæſitum mero jure transmiſſibile eſt.* Nam obligatio cum poenitere non licet transmittitur ad hæredes, pariter igitur jus cum ſoli habenti pœnitere licet, id eſt cum eſt quæſitum th. *retrotrahibile autem præſumitur* per th. 353. *nihil enim mero jure præſumitur, niſi quod ex reſtat*

105. (247.) z *Si jus Cle quæſitum eſt Cror eſt obligatus.* Nam ſi exiſtentia Cnis ex non obligato fieret obligatus, poſſet obligatio produci caſu aut facto alterius.

106. (248.) *Jus Cle quæſitum eſt* a *in bonis,* b *in commercio* c *donari poteſt,* d *cedi* e *ſatisdationem per pignora aut fidejuſſores recipit, poteſt,* f *acceptum ferri,* &c. Jus enim quæſitum ſubſtantiæ Crii appropriatum eſt ut alterius facto auferri non poſſit. d 150.

107. (249.) non g *Actionem tamen non producit.*

108 (250.) *Poteſt quis ex* Co *mitti in poſſeſſionem.* h

109. (251) & *Inſtitutus* Cne *pendente habere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas poteſt.*

110. (252.) *Jus* Cle *revocabile continetur nomine omnium fortunarum, & conferendum eſt in ejusmodi Societatem.* Nam ſpes ſaltem quæſita eſt, quam evenire eſt à fortuna.

111. (253.) *Jus Cle ex Contractu id etiam civili jure obtinet, quod omne quæſitum mero jure.* Nam jus ex U. V. à vi juris quæſiti exceptum eſt, exceptio autem firmat regulam in caſibus non exceptis.

112. (254.)

y *arg. l. 46.* C. *D. th. 93. l. 2. ſt. l. 9.* §. 3. *l. 33. St. L.* §. *fin. J. de hær. qual.* z *l. 65. C. D.* a ceſſione omnium jurium non continetur, niſi *Bald. in l. 6 O. C. de O. A.* niſi adjectum: *prout poſſumus Cravett. Vol. 1. Conſ. 227.* b *v. th. 259.* (in eo. non habet locum *beneficium l 2. C. reſc. vend. arg. l. 8. f. C reſc. vend.*) add *l. 17. 19. hær. vel act. vend.* c *arg. l. 3.* C. *de don. l. 54. V. S.* §. 4. *J. V. O.* d *Nobiliſſ. Dn. Schacher. de ceſſ. Act diſſ 7 th. 28.* e *l. 28. pign. l. 6.* §. 1 *fidei l. 1.* §. 14 *l. 5.* § 15. *ut legatorum,* f *l. 16 ſol. l. 12. l. 21. acceptil. l. 77 R J.* g *l. 213. V. S. l. 7.* §. 14. *quib. ex c. in poſſeſſ.* v. tamen *l. 42. O. A l. 44.* § 2. *O. A.* ubi ait JCtus, Crium exceptione repelli h *l. 8. de ſtip præt. l 14.* § 1. *l 6 quib. ex O in poſſ.* Obſt. *l. 14.* §. 1. *eod.* R. datur ei tantum poſſesſio ex primo decreto.

112. (254.) i *conferendum eſt.* Quia, ſi emancipatus eſſet adhuc in poteſtate fuiſſet moriente patre, id ſtatim acquiſiviſſet Patri per th. 242. tale autem omne conferendum eſt.

113. (255.) *Jus ex U. V. purè datum ſuſpenſa in Cnem petendi poteſtate, eſt Cle transmiſſibile & retrotrahibile.* Jus enim purum transmittitur, non poteſt igitur actio non transmitti, ſine actione enim inutiliter transmitteretur jus. Et actio tantùm dilata eſt, non etiam jus per hyp. quare retrotrahitur jus. th.350. v. l.5. qu. d. l. c.

114. (256.) k *Parem inter ſe rationem habent.*

| | | |
|---|---|---|
| *Jus nullum* | *Jus Cle* | *Jus purum* |
| *Co impoſſibilis* | *incerta* | *Neceſſaria* |
| *cyphra* | *fractio* | *integrum.* |

Nam Co impoſſibilis jus nullum th. 144. neceſſaria purum th. 332. incerta Cle efficit th. 11. Jus Cle autem eſt medium inter purum & nullum; hoc majus, illo minus: *l* uti fractio inter nullum & integrum.

115. (257.) *Jus Cle eſt* m *illiquidum*, quia per th. 11 Co incerta eſt.

116. (258.) *Poteſt tamen* n *æſtimari*, certitudo enim poteſt æſtimari ſpe tanquam communi menſura.

117. (259.) o *tanti eſt quanti venire poteſt.* tanti ſcilicet habendum eſt.

118. (260. p *Tutius eſt ut prorſus pro puro, vel prorſus pro nullo habeatur,* q *adhibitis* r *cautionibus*, ſic enim in omnem eventum nullius damnum eſt.

119. (261.) *Clis ad Cle datur* s *compenſatio.* nam communis eorum menſura eſt

120. (262.) *Tanto majoris eſt Co data, quanto minoris contraria.* Nam ſi altera certò vera eſt, ſeu neceſſaria; altera certò falſa eſt, ſeu impoſſibilis th. 21. Quo certius igitur alteram veram eſſe, hoc certius alteram falſam, & hoc certius illius jus eſſe purum, hujus nullum.



i *l.* 1. §. 18. *l.* 12. §. 3. *collat.* *k* jus Cle eſt *conceptum*, purum quaſi *natum.* Nam v. g. qui ſervus fit mori videtur *l.* 209. *R. J.* E. qui liber naſci ſtatu liber igitur velut conceptus eſt. *l* non tamen Cliter teſtatus eſt pro parte inteſtatus *l.* 56. *H. J.* jus Cle aliud eſt à puro *l.* 169. *R. J.* pars ejus unde qui pure habet Cliter acquirendo nihil agit *l.* 17. *reſc. vend.* *m* E. non compenſabile ad purum *arg. l. 7. pr. comp.* n *l.* 14. §. 1. *quib. ex c. in poſſ. l.* 73. §. 7. *ad L. F. l.* 12. §. 1. *famil herc.* v. omnino *l.* 55. *ad L. F.* *o* ſolet *l.* 16. *com. div.* *p* de ita Sabinus. Proculus cenſebat æſtimari debere l. 45. ad L. F. q *l.* 9. §. 4. *ad exhib. l.* 5. §. 1. *uſufr. quem. cav. l.* 9. *f. de tributor. l.* 14. *ad L. F.* pendet interim L. Falcidiæ ratio *l.* 53. *eod.* r *arg. l.* 8. *l.* 16. §. 1. Comp. *ſ* majoris quàm ſimplex *arg. l.* 11. *adim. leg.*

121. (263.) *Co disjunctiva tanti eſt, quanti ſunt Cnes disjunctæ computatæ* (id eſt additæ ad o)

122. (264.) *Conjunctiva, quanti ſunt conjunctæ* detractæ à puro. Co enim disjunctiva major eſt ſimplici *s* per th 276 Conjunctiva minor per th.275. minor autem eſt detrahendo à puro, major addendo ad nullum.

123. (265.) *Quo pluris eſt Ctum hoc jus Cle eſt majus.* Puta ſi A erit 100. habebo. Si B, 200. ſuppoſito A & B eſſe æquè incerta, pluris eſt Co B quàm A.

124. (266.) *Jus Cle revocabile ad Quæſitum,*

125. (267.) *item non transmiſſibile ad id quod tale eſt; eſt ut Cle ad purum.* Ipſæ enim iterum Diſpoſitiones ex conditionibus ſuſpenſæ ſunt, revocabilis ex hac: ſi non revocetur d.151. intransmiſſibilis ex hac: Si Crius expreſſus non præmoriatur, per th. 202.

126. (268.) *Jus retrotrahibile jure protrahendo tanto majus eſt, quanto eſt jus purum, in diem* *t* *dilato.* Nam ſi exiſtat Co illud cenſetur ab initio purum th.350. hoc in diem dilatum. th.351.

127. (269.) *u* *Jus Cle retrotrahibile, quæſitum, transmiſſibiles ſimul, perfectiſſimum eſt.* per th.266.267.268.

128. (270.) *Quanto Co Poteſtativa eſt oneroſior Crio, tanto minus eſt Jus Cle*; tanto majori enim ut ita dicam pretio ei Ctum conſtabit.

129. (271.) Co *Caſualis tanti eſt quanti ſpes impletionis.* Incertitudo enim ſpe æſtimatur, & timore, ſeu opinione futuri boni & mali.

130. (272.) *Quo magis damnoſa (utilis) eſt, ei qui impedire (provehere) poteſt, & quo magis impedire poteſt (provehere,) is cui damnoſa (utilis,) hoc minoris (majoris) Co eſt.* Præſumitur enim facturus quod & poteſt, & vult.

131. (273.) *Si Co incertiſſima eſt tantum diſtat à puro, quantum à nullo,* id eſt puri dimidia eſt. Æqualis enim eſt ſpes, id eſt diſtantia à nullo; & timor, id eſt diſtantia à puro.

132. (174.) Co *æſtimantibus penitus ignota, incertiſſima eſt.* v. g. Si Titius liberos habebit, neque verò quiſquam ſciat quis ſit ille Titius. Tum enim circumſtantiæ non apparent ex quibus probabilitas in alterutram partem eſſe poſſit.

133. (275.) *Quò Co eſt operoſior hoc eſt minoris.* Probabilius enim eſt minus quam majus extiturum eſſe.

134. (276.) *Quo major eſt latitudo Cnis,* ſeu quo pluribus modis contingere poteſt, *hoc major ſpes eſt.* A quolibet enim modo ſeparatim ſpes eſt.

135. (277.)

s *arg. l.11 adim. leg.* t quanti eſt interuſurium medii temporis *l.66. pr. ad L. F. l.58. §.5 ad Treb.* u ex eo quis creditor eſt, ſed Clis *l.42. O. A.* non obſt. *l.54. V. S.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0016-3
DFG

135. (277.) Co *affirmativa pluris eſt quam negativa*, pluribus enim modis negativæ contraria exiſtere poteſt, v.g. ſi Titius non riſerit, toto enim tempore omnibus pene momentis contingere poteſt ut rideat. Ergo contraria eſt pluris th 276. th. 262. ſed illa ipſa negativæ contraria eſt affirmativa.

136. (278.) *Co in debiturum collata eſt minoris* per th. 272. † th. 35.

137. (279.) *Majoris in caſum collata.* Neque enim Dei, qui caſualis arbiter eſt ulla ratione intereſt. d. 120.

138. (280.) *Maximi in Crium.* per th. 273. † th. 35.

139. (281.) *Pendente Diſpoſitione* x *Crius habet jus Cle.* Nam cùm jus habeat jus habendi (nempe exiſtente Cne) jam jus habere videtur, th. 79. Id autem eſt Cle d. 72.

140. (282.) Co mutata eſt ſtatu poſteriore cenſetur. Nam ſi cùm prorſus mutata eſt (id eſt extitit vel defecit) eo nomine cenſetur, quanto magis cum paululum.

141. (283.) y *Res Clis tranſit cum ſua conditione.* Nam qui ſuccedit, in idem ſuccedit, idem autem non eſt jus Cle & purum th. 256.

142. (284.) z *Si Ctor intereat transmittitur obligatio*, Jus quæſitum tantùm ex contractibus, per th. 253. † th. 246.

143 (285.) a *Jus Cle ex U. V. non transmittitur.*

144. (286.) b *Legatum dilatum in diem incertam quando non transmittitur.* Nam dies certus differt actionem, dies incertus quando differt jus, (non igitur transmittitur quia nondum quæſitum eſt th. 246.) dies incertus an, ſeu Co per th. 192 ſuſpendit utrumque th. 9.

145. (287.) *Si dies certus per modum Cnis adjectus eſt.* Nam ne fruſtra id factum intelligatur majorem effectum ſolito habebit id eſt non ſolùm actionem ſed & jus differt per demonſtr. th. 286.

146. (288.) *Jus Cle quod non transmittitur alienari non poteſt.* Deterior enim fieret Ctoris Conditio, quid enim ſi verus Crius priùs moriatur, & poſteà exiſteret Co, Debiturus Crio ſubſtituto obligaretur, quod non contingeret, ſi nulla interceſſiſſet alienatio. Nemo autem plus juris quàm habet, in alium transferre poteſt.



147 (289.)

x id aliquid ponit v. *th* 248. add *l. 71. R. J. l. 98 V. O. l. 26 ſtip. ſerv.* in contract. y *l. un.* § 9. *cad toll. l. 60.* § 1. *C. D. l. 9. ad SCt. Silan. l. 1.* § 2. *alim leg. l 6.* § *fiſc.* Statu liber cum ſua cauſa *l. 2. pr. St. L. l. 66. C. D. l. 13 C. de Teſt. man.* non obſt. *l. 30. St. L.* ibi enim eo ipſo dum alienatur, Co defecit. z § 4. *J. V. O.* a ſeu morte Crii deficit Ctum. *l. 31. l. 59.* § 6. *H. J. l. 65.* § 1. *l. 51. l. 104 l. 49.* § 3. *L. 1. l. 31 59. 69. 40.* § 2. C. D. *l. 11.* § 6. *L. 3. l. 42.* *O. A. l. un* § 7. *cad. toll* v. *th* 179. 19?. in contract. transmittitur. § 4. *J. V. O.* § 25. *J. inut. ſtip. l. 8. peric.* C. V. U. *l. 57. V. O.* b §. *th.* 197. c *l. 2.* § 3. *pro Emt. l. 2. pr. peric. c. r.* §.

147. (289.) d *Crius rem e traditam pendente Cne non uſu capit.* Quia enim ſcit jus ſuum Cle tantùm eſſe, ſi uſucapere ſe poſſe ſperaret in bona fide non eſſet.

148. (290.) f *Pendente Cne invito ſolvi non poteſt.* Nam nondum debetur, & poteſt anticipata ſolutio damnoſa eſſe.

149. (291.) *g* Si Ctum eſt apud Crium Ctor petere poteſt. Nam interim eſt Ctoris th. 305.

150. (292.) *h* Ctor *ſolutum Condicere poteſt pendente Cne.* Nam cum debiturus ſit d. 70. nondum debet. Indebitum autem ſolutum condici poteſt.

151. (293.) *Si Statu liber partem tertio honorato ſolvit,* Dominus poteſt ſuos nummos vindicare. Pendet enim conditio adhuc quare repetere poteſt; & actione in rem, quia ſervus Dominium non transfert.

152. (295.) *Modo contraria eſt Co Reſolutiva.* d. 167.

153. (296.) k *Jus irrevocabile ad Cnem, ſeu ſub modo dari non poteſt.* Nam quod datur ad Cnem exiſtente Cne revocatur.

154. (297.) l *Modus tamen ei adjectus tranſit in obligationem* (ne omnino ſit fruſtraneus,) *ſi eſt poteſtativus.*

155. (298.) *Quod inconditionabile* m *eſt ad Cnem dari non poteſt.* per th. 174. converſione per contrapoſitionem.

156. (299.) *Modus qui poſitus Cnis loco vitiaret,*

157. (300.) *Aut vitiaretur,* n *pro non adjecto eſt.* Diſpoſitio enim Modalis hoc continet: tibi hanc rem do, & ſtatim alter reſpondere intelligitur: ſi illud fiet, ego tibi reddam. Sive igitur vitiet modus, nihil aliud vitiat, quàm repromisſionem. Sive vitietur, pura erit repromisſio, ſed cum abſurdum ſit eo momento redditionem promittere, quo accipias, idque præſumi non posſit, & verò repromisſio ex mera præſumtione ſit, nulla repromisſio eſſe intelligitur.

158. (301.) *Collatus item in accipientem, ſeu poteſtativus, ſed talis ut ad eum Accipiens ſe obligare non poſſit.* v. g. do tibi uſque dum filium tuum exhæredes. Modus enim inſtar pacti adjecti eſt.



*d* ſi dedit animo tranferendi ſciens, purè dat *l. 12. §. 3. man. teſt.* e *l. 37. V.O.* f *l. 5. de dot. mal. & met. exc.* g *l. 16. 56. Cond. ind.* h *l 3. §. 5. St. L.* *i* libertas *arg. l. 11. man. teſt.* hæreditas, niſi *l. 15. §. 4. l. 41. Teſt. milit.* k *l. 44. manum. teſt.* *l* Dominum ſub Cne ipſo jure regulariter non reſolvitur *arg. l. 7. §. 3. j. dot.* non obſt. *l. 41. R. V. l. 4. §. 3. ind. add. l. 1. l. 4. C. de pact. inter Emt. & Vend.* &. *Vaſqu. J. U. contr. c. 69. per l. 3. C. d. f.* m in fraudem legum *l. 37. C. D.* n *l. 71. §. 2. C. D. arg. l. 2. de lib. hom. exhib.*

159.(302) o *Talis eſt jure veteri: qui libertatem civis Romani infringit.*

160. (303.) Et *captatorius.* p

161. (304.) Modus *quoque pro non adjecto eſt, quem fieri vel non fieri ſolius accipientis intereſt.* v. g. Titio bibliothecam meam lego, ut literis diligentiùs operam navet. Præſumitur enim conſilium q eſſe.

162. (305.) r *Ctor rem Ctam pendente Cne habet ad Cnem.*

163. (306) s *Quare & ſi eam Crius poſſideat ab eo non niſi ad Cnem accipit.*

164. (307.) t *Hæres qui habet ad conditionem rem ſub Cne legatam interim non poteſt alienare.* Nam etiam pendente Cne poſt aditam hæreditatem Legatarius, quaſi Dominus eſt rei Legatæ, neque enim nuda exiſtentia Cnis ei acquiri Dominium poteſt. Omnes quippe qui concurrunt ad hæreditatem ex teſtamento ſunt velut una perſona, quia & hæreditas jacens perſona eſſe intelligitur. Hæres autem eſt perſona principalis, concurrens ex univerſali jure, legatarius eſt velut ejus membrum. Unde fictione juris adire in hærede & dominium ejus quod ſibi aſſignatum eſt nanciſci poteſt. Pendente autem Cne etſi dominium quaſi commune ſit penes hæredem tamen res eſt, exiſtente autem Cne jus habet Legatarius quaſi ad diviſionem provocandi & rem ſuam vindicandi. Quia autem pendente Cne res ſimul hæredis & legatarii eſt, & in re communi potior eſt Co prohibentis hæres alienare non poteſt, quod erat propoſitum oſtendere.

165. (308.) *Actus habentis circa rem qua habetur ad Cnem ſunt validi ad Cnem* u Actus enim ultra jus agendi valere non poteſt.

166 (309.) x *Si quid purè datum ſub Cne adimitur* (aut transfertur) *ad illam Cnem, ſeu ſub modo contrario datum intelligitur* propterea enim ei purè potiùs quam ſub contraria Cne datum eſt.

169.(310,)

o *l. 44. man. teſt.* p *l. 71. C. D.* q *arg. l. 66. R. V.* Hæres eſt Dnus rei legat. *l. 29. §. 1. qui & à quib. man. l. 1. §. 4. ad SCt. Silan. l 5. §. 2. qu. d. l. c. l. 12. § ult de uſufr. l. 12. §. 2. famil. herciſc.* ſtatu liber eſt ſervus hæredis v. ſupra non obſt. *l 38. ad. L. F.* r *l. 32. L. 2. l 5. de dol. mal. exc.* ſ Jure *Juſtiniani l. 3. §. 2. C. com. de Leg.* niſi *in caſu Auth. res quæ ſubjacent. ib. ex Novell. 39. c. 1.* Jure veteri poterat ſed ad Cnem *v. th. ſeq.* t reſoluto jure dantis reſolvitur Jus accipientis *l. 105. C. D. l 3. qu. m. pign. ſolv.* Ita Hæredis actus oneroſi reſolvuntur *l. 41. 81. 105. 1. l. 11. §. 1. quemadm. ſerv. am. l. 16. qu. m. uſusfr. am. l. 3. §. 3 C com. de Leg.* add *th 373.* (*v. t. l. de litigios.* ſi hæredi controverſia fit hæreditatis præſtat legata, ad Cnem, ſeu caventibus *l. 44. §. 3. C. D.*) lucroſi permanent, videtur enim hæres legatarii negotia geſſiſſe *arg. l 39. Neg. geſt.* unde excepti rei erga hæredem judicatæ, prodeſt ei, ſi volet, non nocet *l. 7. famil. herc.* u *l. 3. § 4. adim. leg l. 67. C. D.* (ſi alter eſt ſtatu liber, alter habet eum ad Cnem *l. 15. man. teſt. l. 11. l. 21. fid. lib.*) *add. l. 4. pr. C. J.* x *Vultej. Conſ. Marp. l. 1. conſ. 18. n. 36.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0019-4

169. (310.) *Si unum diverſis ſub diverſis Cnibus datum eſt, quarum una unius exiſtere non poteſt niſi rem jam habeat, illę ad Cnem habere intelligitur.* Nam cum Co antea ſit impoſſibilis, nihilominus pura eſſet diſpoſitio th. 343. convenit igitur menti Teſtatoris, ut pura ſit, ſed ſub modo.

170. (311.) x *Contractus implementum ab una parte, eſt ad Cnem ſi alterum ſequatur.* Nam ſi non ſequatur aut ad implendum, aut reſtituendum agi poteſt E. per th. 326.

171. (312.) *Contractus cum pacto reſciſſorio*, uti retrovenditionis, in diem addictionis perfectæ, Legis Commiſſoriæ, Servi exportandi, &c. *eſt ad Cnem*, pactum enim reſciſſorium eſt ut aliquo exiſtente contractus reſcindatur, aut res reſtituatur.

172. (313.) y *Feudum eſt ſub modo fidelitatis*, alioqui enim cadit in feloniam.

173. (314.) z *Co merè negativa præſumitur eſſe modus.* Nam ſi ſit Co ſuſpenſiva morte demum implebitur Crii. Teſtator autem non præſumitur voluiſſe, ut Crius non fruatur beneficio ſuo.

174. (315.) a *Continuata item inde finita.* Alioqui enim poſſet fieri, ut nunquam impleretur.

175. (316.) *Objectum juramenti tranſit in modum ex Conditione jurisjurandi.* Puta ei lego ſi juraverit ſe mihi monumentum exſtructurum. Si caveat ſe exſtructurum ſtatim admittitur ad legatum, perinde ac ſi ita datum eſſet: ei lego ut mihi monumentum exſtruat.

176. (317.) *Si præſumitur Cnem extitiſſe, Crius rem relictam capere poteſt ad Cnem donec probetur contrarium.* Ea enim eſt natura præſumtionis.

177. (318.)

p. 175. add. *Grot.* J. *B. P, III, 19. 14.* non tamen omnis contractus eſt ſub Cne v. *Bald. de Pact. n. 20.* pretium tamen ſolet purè promitti res ſub Cne *l.* 11. *§. Act. Emt.* y *Grot. II, 6. 9.* z nempe Crius admittitur ſtatim, ſi caveat ſe contra Cnem non facturum *l. 7.* 67. 73. 18. 107. 79. §. 2. *l.* 4. §. 1. C. J. *l.* 37. *D. l.* 4. C. *de Don. M.* C. Quia alias eſt quaſi: *cum morietur*, & non fruetur Crius beneficio. §. 15 J. *V. O.* non, ſi aliter quàm morte Crii deficere poteſt *l. 72. 77.* §. 2. *l.* 101. § *pen. l* 106. C *D.* v. tamen *l. 4. §. 1. C.* J. *l. 7. 67.* C. *D.* non in contract. §. 4. J. *V. O. l.* 109. 99 115. *V. O l. 39. de pact l. 44 fidei.* a *l. 73.* C. *D.* v. *tamen l. 42.* C. *D.* b *cautio* dicitur in Negativis ſpecialiter *Mutiana*, à Mutio Scævola l. 77. C. D. Nov. 22. c. 43. cavetur iis ad quos venturum eſſet deficiente Cne *l.* 18. C. *D. l.* 65. §. 1. *ad Treb.* Obſt. *l.* 4. §. 1. *l* 7. *C. J.* (vi quarum Bachov. Tr. II, 13. 60. t. venientibus ab inteſtato negat caveri) per ſatisdationem *l.* 67. 106. C. *D.* fidejuſſores, *l* 97. C *D. auth. cui relictum.* C. *de ind. vid.* cum uſuris & fructibus & quanti ea res erit *l.* 67. 79. §. 2. C. *D. l.* 67. §. 2. *L* 2. Si Committatur datur actio ex ſtipulatu etiam rei vindicatio *Nov.* 22. c. 44. Poteſt à Teſtatore remitti *N. 22. c. 44. f. l. 72.* §. 23. *l.* 77. §. *ult.* C. *D. l.* 2. 4. 7. (*ut in poſſeſſ. Leg. l. 2.* C *cond. inſ. l. 12. ut leg. ſerv. c. cav. Nov.* 15.) Si cavere nolit, repellitur Except. doli *l. 3. §. 4. adim. leg. l. 5. de dol. mal. exc.* c *arg. l. 10. St. L.*

177. (318.) *Qui ad Cnem (ſeu ſub modo) accipit ei* b *cavendum eſt, exiſtente Cne, (modo deficiente) rem in integrum reſtitutum in* Quò tutior ſit qui dat.

178. (319.) *Jus ad Cnem eſt minus plenum.* Quia tantum ex eo detrahitur quantum eſt jus Cle ejus qui habet ſub Cne.

179 (320.) c *Tanto majus eſt quanto Co reſolutiva eſt minoris.* Nam ſub Cne, habet alter, alterius autem jus detrahendum eſt per th. 319.

180. (321.) *Transmittitur.* Nam purum eſt th. 329. E. per th. 371.

181. (322.) d *Qui in modo alteri aliquid ex teſtamento capienti adjecto eſt Honoratus, ei competit actio ex Teſtamento.* Ad eum enim ſe habet, uti Legatarius ad hæredem.

182. (323.) *Exiſtente Cne reſolutiva, ſeu modo deficiente datur ei qui dederat contra accipientem condictio ob cauſam dati cauſa non ſecutâ, vel actio infactum.* e

183. (324.) *Maximè tamen ex eo contractu cui modus inſtar pacti eſt adjectus.*

184. (325.) *Tenetur autem ad implendum vel reſtituendum*

185. (326.) Et *vel rem vel id quod inter eſt Cri.*

186. (327.) f *Modus retrotrahitur.* Quia Co deficit ſi modus exiſtit ſunt enim contraria d. 155. Co autem cum defecit ab initio defeciſſe intelligitur. th. 160.

187. (328.) g Si *quid ſub modo datum eſt purè datum eſt.* Purùm enim eſt quod ſub conditron definit.

188. (329.) h *Si Co pro non adjecta eſt.* d. 152. *pura eſt diſpoſitio.*

189. (330.) *Si præter intentionem adjecta eſt.* i Scripſit enim quod

C volut

d *arg. l. 92. C.D.* e aut etiam actio civilis incerti, ſeu P.V. *l. 7. §. 2. de pact.* & *arg. d. l. l. 16. P.V.* f *l. 79 §. 2. C.D.* non obſt. *l. 2. §. 1. in d. add.* ſuos enim facit fructus, non lucratur, id eſt reſtituere debet *arg. l. 6. C. eod. l. 5. L. Com.* g *l. 80. C.D. l. 2. pr. de ind. add. l. 1. & l. 2. L. Com.* non obſt *l. 2. §. 3. C. com. de Leg.* h ſi plurium conjunctarum una pro non adjecta eſt, alteri non oocet *l. 8. §. 8. C.J.* Melior implentis quàm ejus qui fingitur impleſſe Co non eſt *l. 74. C.D. l. 4 §. 2. l. 18. St.L.* * ipſo jure prætorio *l. 8. §. ult. C.J.* i *l. 9. § 5. H.J.* k *l 7. V.O. l. 56. C.D. §. 16. J.U.J. §. 11. J. mut. ſtip. l. 7. V.O. l. 50. H.J.* l Extrinſeca Co quæ per ſe ineſt Cto, eſt pro non adjecta *l. 99. 107. C.D. l. 3. L. 1. l. 6. l. 25. §. 1. qu. d. l. c.* (niſi aliud vult Teſt. *l. 19. § 1. l. 12. C.D. l. 8. pr. V.P.S.*) obſt. *l. 1. §. ult. C.D.* quod vi ipſa inſit. Nam quod ineſt fruſtra exprimitur. *l. 6. §. 2. fid. lib. l. 19. §. 1. l. 52. C.D. l. 21. §. 1. l. 22. §. 1. qu. d. l. c. l. 3. C. de fidej l. 7. C. de revoc. don. l. 4. L. 1.* Obſtat: Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. *l. 51. §. 1. l. 68. H.J. l. 65. §. 1. L. 1. l. 47. 56. mand. l. 77. 195. R.J.* R. ſi quæ inſunt *ſuperflua* ſunt, ſeu nihil aliud continent, quàm quod ineſt, etiam expreſſa non nocent *l. 65. V.O. l. 94. R.J. l. 17. C. de Teſt.* m *Menoch. 6. præſ. 4.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0021-1

voluit, etſi non voluit quod ſcripſit. Hoc igitur ſolum pro non adjecto eſt nempe Co. E. per th. 329.

190. (331.) k *Si in ſe extra diſpoſitionem neceſſaria eſt Co.* Omne enim quod neceſſario & ipſa vi adeſt fruſtra adjicitur ſeu eſt pro non adjecto.

191. (332.) l *Si per ſe Cto neceſſaria eſt* ob eandem cauſam.

192. (333.) m *In dubio diſpoſitio pura potius quam Clis præſumitur* in U. V. Plenius enim interpretamur Ultimas Voluntates.

193. (334.) n *Si Co eſt impoſſibilis in U. V. diſpoſitio eſt pura.*

194. (335.) *Item in ſponſalibus.* o Ita enim receptum eſt.

195. (335.) *Si Diſpoſitio perplexa eſt, ſeu Co lege vetita eſt*, non p quidem abſolutè ſed ne per modum conditionis ingrediatur, in U. V. *diſpoſitio pura eſt.* Nam quia lege vetitæ ſunt eo magis legi arbitrarium eſt eas remittere.

196. (336.) Si *Conditionum* q *disjunctarum unà pro non adjecta eſt.* Nam æquipollet exiſtenti th. 329. † th. 349. Satis eſt autem disjunctarum unam exiſtere per th. 95.

197. (337.) r Si hoc non dabis illud dare ſpondes; ſi illud non dabis,

n *l.3. l.6. §.1. l 1.4.206. C. J. l.45.50. H. J. l.16. de inj. teſt. l.12. §.1. L.1. l 12. dot. præleg. l.104. R. J.* (non obſt *l.16. C. J.*) in M. C. Don. *arg l* 8. §.3. C. J. (o *t. t. extr. C. A*) etiam jure impoſſib. *l.9.* C. J. *l.29. §.2. Teſt. Mil. l.2. §.44. ad SCt. Tert. l.14. l.15.* C. J. *l 88. ad L. F.* in fraudem legum *l.64. §.1. l.79. §.4. C D. l.7.* C. J. *l.10. de his quæ ut Indign.* Obſt. §.1. J. *fideic. hær.* R. aliæ leges ſunt utiles Reipublicæ, hæ extenduntur *l. 64. §.1. C. D.* aliæ ſubtiles, hæ eludi poſſunt, l. un. pr. v. multas invenientibus. Cad. toll. *p* ut divortij. *l.5. C. inſt. & ſubſt. l.2. C. cond. inſ.* Si non nupſerit *l.22.62. §. f. l 72. §.5. l.63. l.79. § ult. l.134. V. O.* (ſi arbitrio Titii nupſerit v. *l.72. § 4. C. D. l.4. uſur.*) *l.3. & t. t. C. de ind. Vid.* Vidua enim niſi intra annum nupſiſſet, cavere Mutianâ, aut relictum omittere cogebatur. v. *Ant. Hottom. Rit. nupt. c.22.* Add. *M. Vertran. Maur. tr. de jur. trium liberorum.* Si Titio nupſerit valet *l.1.2. C. inſt. & ſubſt. l.64.71. §.1. C. D. add. & l 10. l.68. D. l.72. §.4.5. l 79. §.4. C. D. l.4. de uſur.* Novellarum jure omnino valida eſt Co ſi non nupſerit, invaleſcente tum amore vitæ Monachalis. v. Pagan. Gaudentium de morib. ſec. Juſtinian. J*urisjurandi* Co pro non adj. eſt. *l.20. C. D. l.29. §.2. mil. teſt. l. 8.* C. J. (objectum tamen implendum *th 316. l. 26. pr. C. D. l.8 §.6.* C. J) Obſt. *l.97. C. D.* R. municipes jurare non eſt impoſſibile (ſervus debet jurare *l 22. l 36. man teſt. 7. pr. §.2. oper. lib. l.36. l.13. St. L.*) Obſt. *l 62. acq. h.* R. non prohibetur jurare. *Nominis ferendi l.63. §.10. l.7. SCt. Treb.* non obſt. *l.108. C. D. Mutandæ religionis.* v. Dn *Ziegl. de Cond. n.75. Inepta. l.113. § ult. L.1. l.14. § 5. de religioſ. l.27.* C. J. q *l.8. §.5.* C. J. *add. l.83. § 5. V. O.* non obſt. *l.16.97 126. §.13. l.128. V. O.* r *add. l 115. § 2. V. O. Diff. Alciat. tr. de ſtipul. Divid. n. 16. arg. l.3. qui & à quib. man. l.9. opt. leg.* s *l. 53. C. D.* obſt. *l. 3. § 9. adim leg.* t *l.60. pr. C. ind. l. 10. de lib. & poſth. l. 8. §.1. peric. c. r. v. l.13. qu. d. l C. l.37. St. L. l.87. §.3. ad. L. F.* u *l.33 H. J. l.52. §.1. l.53.56. acq. h.*

bis, hoc dare ſpondes? pura eſt ſtipulatio ſeu *Diſpoſitio pura disjunctiva pura eſt.* Nam ſi A non erit B eſto, ſolùm B debetur Cliter: A eſto, ſi A non erit B eſto. A debetur purè B Cliter conf. th. 105. Si A non erit B eſto, ſi B non erit, A eſto neutrum ſupponendo debetur utrumque Cliter ſingulatim, ſed ſimul purè disjunctive. Plura autem disjuncta ſunt unum incertum th. 95. Denique: A eſto ſi non erit B, eſto; Et B eſto, ſi non erit, A eſto debetur utrumque conjunctim.

198. (338.) s *Co ſubtrahitur de Cli, ſeu adimitur.* Nam ſi fractionem (unã dimidiam) à fractione (tribus dimidiis) detrahas remanet integrũ th. 256.

199. (339.) t *Si Co Cni contrariæ additur.* uti una tertia & duæ tertiæ faciunt integrum unum per th. 256. † th. 262.

200. (340.) u *Si quis ſolus inſtitutus eſt partim purè partim ſub Cne ex aſſe purè inſtitutus eſt.* Nam ſive exiſtat Co, totum ipſius eſt eventu; ſive deficiat, initio. Habet igitur partem alteram ſub duabus Cnibus contrariis: ſivè ſit ſivè non ſit, E. purè per th. 339.

201. (341.) x *Qui in eodem Teſtamento alio loco purè inſtitutus eſt, alio ſub Cne, purè inſtitutus intelligitur.* Nam idem eſt ac ſi duæ eſſent adjectæ Cnes una aliqua altera nulla plures autem Cnes in inſtitionibus intervallo adjectæ ſunt disjunctivæ. th. 118. In disjunctivis autem Cnibus electio eſt Crii, hoc loco Hæredis, per th. 36. Is autem potius nullam Cnem velle intelligitur.

202. (342.) y *Pluribus ſeparatim ſtipulantibus: Si illi non dederis mihi dare ſpondes? præoccupantis pura eſt ſtipulatio.* Nam ſi omnium Clis eſſet ſtipulatio, nullus agere poſſet ante mortem promiſſoris d. 16. E. mortuo eo committetur omnium ſtipulatio. Et ita hæres promiſſoribus omnibus tenebitur. Sed ne hoc fiat dicendum potius initio puram ſtipulationem eſſe, ſed ejus qui primus judicio experitur, cœterorum jus cùm ille ſemel judicium accepit exſpirare.

203 (343.) z *Si ſervo libertas ſub Cne non-poteſtativa hæreditas purè data eſt, inverſo modo libertas purè hæreditas ſub Cne data intelligitur, jure novo.*

204. (344) *Si Co pro non amplius adjecta eſt,* **Diſpoſitio purificatur.** Quia ſi initio pro non adjecta eſt, initio eſt pura th 329.

 205.

x *l.* 27. §. 1. *l.* 32 67. *H.* J. add. ſi primò ſub Cne, deinde purè legatum, pro ademta eſt Co 52. *ſ.* 1. *l.* 81. *§.* 7. *l.* 113. §. 4. *l.* 89. C. *D.* *ſ.* tamen *l.* 63. *L.* 3. y *l.* 9. *V.* O. z *l.* 6. C. *neceſſ. ſerv.* a ſeu nec ſuſpenditur nec differtur. *l.* 41. *l.* 44. C. D. *l.* 63. §. 1. *ad Treb.* *l.* 14. *de fid. lib.* *l.* 10. *V.* O. *l.* 58. *ſol. matrim.* *l. ult.* §. 1. *H.* *J.* *l.* 2. *pr.* §. 1. *l.* 8. *pr.* §. 7. *l. ult.* *C.* *J.* ſufficit ſemel extitiſſe. *l.* 1. *C. inſt. & ſubſt.* *l.* 11. §. 1. C. O. b *c.* 30. *extr. de ſponſal.* c §. 14. *J. inut ſtip.* *l.* 20. 64. *V.* O. *l.* 25. *C. de Teſtam.*

205. (345.) *Si Co certificatur, ſeu* certò vera eſt, tum enim verum eſt Ctum th. 1.

206. (346.) *Si Co extitit Ctum*, ſeu Jus *& verum & præſens eſt.* a Nam ſivè retrotrahatur Ctum jus non ampliùs ſuſpenditur, ſed eſt certum, per th 1. ſive non retrotrahitur jus non amplius differtur. Nam tum etiam dies incerta adjecta eſt, ea autem non amplius differt, quia ceſſit.

207. (347.) *Si Co poſt Teſtamentum vivo Teſtatore exſtitit diſpo purificatur.* Quia poſt mortem extitiſſe intelligitur th. 85.

208. (348.) b *Copula ſponſalia Clia purificat.* Sponſalibus enim id præſtat, quod matrimonium.

209. (349.) *Votum omne in effectu purum eſt.* Nam cum votum fecimus credimus Ctum ſeu promiſſum Deo gratum eſſe. Quicquid autem ſcimus Deo gratum eſſe ad id obligati ſumus purè.

210 (350.) c *Si dies Cti venit ante diem Cnis poſtea retrotrahitur dies Cnis*, & tum ſtatim extitiſſe intelligitur, cum dies Cti extitit. Differtur enim Ctum à die ſuo qui jam extitit.

211. (351.) *Si Ctum non habet diem ſuſpenditur tantùm à Cne*, id eſt non antea verùm eſt quàm Co ſit vera, *non etiam differtur*; ſed ſimul ac Co *extitit* certificata eſt, ab initio intelligitur certificatum, id eſt retrotrahitur.

212. (352.) *Si habet diem, & ſuſpenditur à Cne* per th. 9. ut pro vero non habeatur donec Co verificata ſit, *& à die differtur*, ut etſi certò extiturum nondum tamen exiſtat. Quare etſi certa ſit Co aut exiſtat ante diem Cti, jus quidem erit certò, nondum tamen eſt, id eſt per d. 160. protrahitur. Nam juxta th. 286. Dies certus differt actionem, Dies incertus differt jus. Conditio ſuſpendit utrumque. Sed Dies Cti vel idem eſt cum die Cnis, v. g. tum, cùm Titius Conſulatum inibit 10. habeto, vel alius isque vel prius exiſtere poteſt, quam dies, v. g. ſi Titius erit conſul, poſtridie 10. habeto, de quo v. th. 350. vel neceſſariò poſtea, v. g. proximo anno poſtquam Titius erit Conſul, 10. habeto. Tùm etſi Titius ſit conſul, dies tamen expectandus eſt.

213. (353) *Si Co certa eſt poſtquam extitit eò retrotrahitur.* Neque enim amplius differtur.

214.

d *l. 4. C. D. l. 4. §. 2. l. 3. §. 14. St. L. l. 6. O. A. l. 101. R. J. l. 27. §. 1. l. 72. §. 1. V. O. l. 11. C. de V. O. l. un. C. ut actor ab hæred. l 8 V. O.* cui obſtat. *l. 10. V. O.* R. in *l. 10.* Co in debiturum collata eſt. *e* unde pendente Litis Cont. eventuali licet libellum mutare. *Moller. p. 1. conſt. 3. pag. 11.* *f* ſeu non retrotrahitur. *l. 18. § ult. ſtip. ſerv. l. 12. famil. herc. l. 66. R V. l. 1. §. 4. ad Sc. Silan. l. 11. quem ſerv. ann. l. 11. § f. exc. rei jud.* obſt, *l. 9. §. 2. qui pot. in pign.*

214 (354.) *Mero jure dies Cto adjecta non præſumitur.* Nihil autem mero Jure præſumitur quod non ex verbis ſequatur. In verbis autem iſtis & ſimilibus: Si Titius erit couſul tibi centum do lego, Si, nihil aliud continet quàm ſi illud verum eſt, Titium Conſulem fore, (quod certè etiam ignorantibus nobis ab initio verum eſt,) hoc, nempe legatum meum verum ſeu validum eſto.

215. (355.) d *Dies Cni adjecta Cto adjecta præſumitur, jure Civili.*

216. (356.) *Ctum Continuatum diſcretum habet diem Cnis.* Nam ſi Ctum eſt temporarium, computatur in dubio à die exiſtentis Cnis.

217. (357.) *Jus quod in pendenti eſt non habet diem,* ſed retrotrahitur. Ne antea ad nullum pertinuiſſe videatur.

218. (358.) *Ctum non habet diem Cnis præteritæ.* Ipſum enim eſt futurum per th. 177.

219 (359.) e *Actus Eventualis protrahitur,* ſeu tum demum extitiſſe videtur, cum extitit Co, vel *habet diem* Cnis. Ea enim mente nunc fit, ut per omnia habeatur tanquam poſtea celebratus.

220. (360) f *Ctum Legati habet diem Cnis.*

221 (361) g *Tutela Clis.*

222. (362.) *Sed* h *inſtitutio retrotrahitur.* Ne hæreditas interim nullius fuiſſe videatur.

223. (363.) *i* Conventio & *k* Libertas. Nam regulariter ſemper retrotrahi Ctum debet. Et exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.

224. (364.) *l* Co quæ in poteſtatem debituri collata eſt, diem habet. Nam qui facere poteſt quo minus debeat, jam videtur liber eſſe. th. 79. Nullum igitur contra eum jus quæſitum eſſe intelligitur per d.

225. (365.) Exiſtit Co *m* negativa in ultimo momento poſſibilitatis contrarii. Unam enim contrariarum veram eſſe neceſſe eſt. d. 47.

226. (369.) *Si Co negativæ contraria facta eſt impoſſibilis impræſentia-num, nec reſtituitur; ſtatim illa defeciſſe, & hæc ad tempus quo exem-*



*ta eſt*

g *l. 45. §. 1. excuſ. Tut.* h *l. 28. §. f. ſtip. ſerv. l. 54. acq. h. l. 138. l. 139. R. J.* i *l. 2. f. l. 6. ind. add. l. 36 R. C. l. 2. §. 4. pro emtor. l 11. qui pot. in pign.* unde de contractu Cli cum extitit Co, gabella ſolvenda eſt gabellario qui fuit cum contractum eſt. *Bertachin. tr. de Gabell. P. V. l. n. 1.* k *l. 7. man. teſt.* l *l. 9. §. 1. qui pot. in pign. l. 10. V. O. add. Moller P. 1. Conſt. 28. n. 72.* de ſponſalibus quærunt, an ſi Co certa ſit, differatur tamen matrimonium donec exiſtat? *Thom. & Bonavent. in Magiſtr. IV. ſent. d. 29.* negant. Aff *Joh. Brunel. de ſponſal. Concl. 36. n. 2.* m *l. 103. C. D.* n *l. 13. S. 1. L. l. 103. C. D.* o *l. 74. pr. acq. har.*

*ta eſt retrotrahi intelligitur.* Eventus enim oſtendit tùm cum facta eſt impoſsibilis impræſentiarum, fuiſſe omnino impoſsibilem.

227. (367.) *Co negativa* n *extitit vel perſonæ Clis interitu.* Nam Co ſit: ſi Titius Alexandriam non ierit. Aut: ſi ſtichus non ſit manumiſſus; Cum primum Titius vel Stichus mortuus eſt, extitit Co.

228 (368.) Aut interitu ejus rei in quam collocata eſt, v. g. ſi gemmam non alienaverit. Et gemma pereat.

229. (369.) o *Si plus impletum eſt quàm in Cnem deductum eſt*, Co *extitit.* Nam in eo quod plus eſt, ineſt & quod eſt minus. l. 120. pr. R. J.

230. (370.) p *Exiſtente Cne is qui Ultima Voluntate Honoratus eſt, mortis cauſa capit.* Occaſione enim Teſtamenti capit.

231. (371.) q *Potior, debitor eſt, cujus diſpoſitio prius purificata intelligitur.* Debetur enim Ctum non prius quàm cum purificata diſpoſitio eſt. Prior autem debitor potior eſt.

232. (372.) r *Purificata Diſpoſitione relictum transmittitur.* Nihil enim eſt quod amplius poſſit expectari.

233. (373.) *Et Legatarius eſt Dominus rei legatæ ipſo jure* ſ conf. th. 307.

234. (374.) t *Statu Liber ipſo jure fit liber.* Neque enim ipſe ſibi tradi poteſt.

235. (375.) u *Et debitor ſciens eſt in mora*, & ſi non interpelletur. Satis enim diuturna dilatio ei conceſſa eſt.

p *l. 8. mort. C. D. l. 30. §. 7. l. 76. pr. ad L. F.* datum hæredi non computatur in Falcidiam, ſed Trebellianicam *l. 91. eod.* q *d. l. 9. & 11. qui pot. in pign.* r *l. 28. C. J. l. 13. C. qu. d. l. c.* s *l. 80. L. 2.* poteſt vindicare *l. 81. §. 5 6. L. 1.* add. *l 3. §. 4. com. de leg. l. 15. reb. d.* quia tum dies teſtamento relicti cedit *l. 8. § 8. C. J. l. 28. C. J. l. un §. 7. Cad. toll.* t *arg. l. 3. l. 9. ſerv. export.* obtingit. *l. 49. C. D.* non tamen cogitur hæres ad adeundum *l. 13. C. J. l. 1. §. 1. Cond. cauſ. dat. l 67 §. 1. acq. h.* u *arg. l. 18. ubi Dd. de uſur. l. 12. contr. ſtip.*

## *Errata.*

th. 112. dele: *eſſet.* th. 113. f. lege: *l 5. C. qu. d l c.* à th. 147. uſque ad 166. in literis textus pro *impreſſa* lege *proximè antecedentem*, v. g. pro *d* lege *c* pro *e* lege *d & c.* th. 148. lit. e not. pro: *l. 37.* lege: *l. 38. §. 16.* th. 155. lit. l. not. pro: *Dominum* lege: *Dominium.* th. 165. lit. u. not. pro *excepti* lege *exceptio*, Diſput. 1. th. 29. princ. pro (*Ctum*) lege (*Cnem*) & pro *Cnem* lege *Ctum.*

*F I N I S.*

ULB Halle 3
005 803 551

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0027-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-745149-p0028-0

B. V.

JURIDICA
IOR.

ONIBUS

n

ſſimi JCto-
inis

I D E

O

tiſſimo atq; Ex-
no,

LOMÆO LE-
NDENDÖRFERO,

celeberrimo Patrono ac
mis Venerando,

e exponit

LIELMUS LEIBNU-
enſis,

R.

o M. DC. LXV.

Æ,

WITTIGAU.

G. 14 num. 176
1665, 14
KÖN. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE
H. Lic. Bose